

2454 [= 4931] Altiliae in massa Francisci Maglieri. Frustra quaesivit Dressel.

L · NERATIO · L · F
VOL · PRISCO
PRAEF · AER · SAT · COS
LEG · PR · PR · IN PROV
5 PANNONIA
SCRIBAE · QVAÉSTOR
ET · MVNERE · FVNCTI
PATRONO

Descripsi ego, recognovit Brunn. Edidi ipse *rhein. Mus. N. F.* VI p. 9; item pessime ex meo exemplo Guarini it. vag. mans. I p. 31. Henzen 5446. 6562. Egit de titulo Borghesius ann. inst. 1852 p. 9 = opp. 5, 349.

6 de accentu dubitabat Brunnus.

L. Neratius Priscus is, cui dedicatus est titulus n. 2454 quique prior est in altero, omnino notus iuris consultus est consiliarius Traiani (Dig. 37, 12, 5) et Hadriani (vita Hadriani c. 4). Legatus Pannoniae fuit ante provinciam divisam, id quod accidit c. a. 102; a. 98 eum ei praefuisse videtur colligi posse ex epistula Plinii 2, 13. Fasces eum gessisse una cum Annio Vero efficitur ex loco Digestorum 48, 8, 6 (cf. 1, 2, 2, 53): *is qui servum castrandum tradiderit, pro parte dimidia bonorum multatur ex senatus consulto quod Neratio Prisco et Annio Vero consulibus factum est*, id quod ad a. 83 p. Chr. Borghesius l. c. p. 350 seq. revocavit propter Chronicon paschale p. 465 ed. Bonn.: *ὕπατος Διομετιανὸς Ἀγούστου τὸ εἶ καὶ Τίτου Ρούφου Διομετιανὸς εὐνοοῦντες ἄνδρας ἐκόλωσεν*. Traianus dicitur eum successorem sibi destinavisse (vita Hadriani c. 4). — Alter L. Neratius et ipse Priscus potius quam Proculus, qui nominatur in titulo secundo, prioris qui videtur fuisse filius, praeterea ignotus est; nec magis liquet L. Neratius Priscus pater Neratae Anteiaae Rufinae Naeviae Decianae tituli n. 2458, item Neratius Priscus avus trium Gaierum Neratorum Fufidiorum Prisci Anniani Attici (n. 2451. 2452. 2453), cuius nomen in titulo n. 2453 erasum videtur esse, qua ratione ad illos pertinuerint. Hic tamen videtur esse aetatis aliquanto posterioris. Servus quidam *L. Nerati Prisci* infra est n. 2531.

2455 [= 4932] litteris maximis et pulcherrimis. Saepini in aedibus rectoris Brini.

L · NERATIVS · L · F *uol. priscus*
PRAEF · AER · SAT · COS · Leg. pr. pr. prou
PANNONIA
L · NERATIVS · L · F · VOL · PR *iscus? f. cos*
5 VII · VIR · EPVL · LEG · AVG · PR · PR · Pannonia
INFERIORE · ET · PANNONIA *superiore s. p. f*

Descripsi ego, recognovit Dressel. Mazochi syll. ms.; ex Arcarianis Galanti I, 94.

Egit de hoc titulo Borghesius in ann. inst. 1852 p. 25 = opp. 5, 364 (cf. *Bull. Nap. N. S. I.*, 76).

2456 [= 4933] Saepini in hortis Blasii Giacchi, qui transtulit ex villa sua M p. extra Altiliam sita.

!!!!!!!!!!!!!!!!!!!!!!!!!!!!
!!!!!!!!!!!!!!!!!!!!!!!!!!!!
!!!!!!!!!!!!!!!!!!!!!!!!!!!!
!!!!!!!!!!!!!!!!!!!!!!!!!!!!
5 DIVI · TRAIANI · AVG · PROV
BRITANNIAE · CVRAT · AQVAR
VRBIS · PR · TRIB · MIL · LEG · XII · FVL
MINAT · SALIO · PALAT · QVAEST
AVG · CVRAT · ACTORVM · SENA
10 TVS · ADLECTO · INTER · PATRIC ·
AB · DIVO · VESPASIANO · III · VIR
A · A · A F · F
EX · TESTAMENTO · VETTILLAE · EIVS

Descripsi ego, recognovit et emendavit Dressel. Ex meo exemplo ed. Guarini it. vag. mans. I p. 25. Henzen 5447.

Primi versus quattuor vel quinque erasi sunt, puto ab operis ob aliquem lapidis usum, non propter memoriam viri damnatam; ea enim si causa fuisset, non sustulissent partem quoque honorum. Borghesius, qui de hoc titulo egit in ann. inst. 1852 p. 20 = opp. 5, 359, probabiliter eum tribuit L. Neratio Marcello fratri Prisci iuris consulti (Dig. 33, 7, 12, 43), quem a. 103 Britanniam rexisse constat ex diplomate vol. III n. XXI p. 864 (cf. Plinius ep. 3, 8, 1). Consul bis factus est, primum non anno 104 (nam eius anni consulem Marcellum iam constat fuisse M. Asinium), sed ante legationem illam Britannicam, iterum a. 129 (Henzen 7182). Idem videtur Marcellus is quem Hadrianus ad mortem voluntariam coegit (vita c. 15). Praedia eius in pertica Ligurum sita aut certe ei adfinia nominantur in aere quod supra n. 1455 dedimus II, 46. 51. 73. III, 60.

2457 [= 4934] in ruinis Saepini veteris effossa, extat in porta Saepini novi intus PAGLIA. Hodie in curte aedium privatarum ad forum q. d. Neratii Prisci, ubi item extat alterum exemplar novicium pavimento immissum. — Aut sine loci indicatione aut ea evanuit FIL.

L · NERATIO · C · F
VOL · PROCVLO
XVIR · STLITIBVS · IVDICAN
TRIB · MILITVM · LEGION
5 V · II · GEMIN · FELIC · ET · LEG sic
VIII · AVG · QVAEST · AEDIL
PLEB · CERIAL · PRAET · LEG
LEG · XVI · FLAVIAE · FIDEL
ITEM · MISSO · AB · IMP
10 ANTONINO · AVG · PIO · AD · DeDVCEN
dAS · VEXILLATIONES · IN · SYRIAM · OB
bELLVM PARTHICVM · PRAEF · AERARI
MILITARIS
C O S
15 MVNICIPES · SAEPINAT

Descripsi ego, recognovit Dressel. Habet Filonardianus liber f. 102'. Item Smetius ms. Neap. p. 167, ed. 83, 8 ab amicis (inde Waelschappel ms. f. 97; Panvinius cod. Vat. 6035 f. 102', Rom. p. 827. 847; Manutius orth. p. 174, 3; Ursinus de famil. p. 97; Ligorius Taur. 16. 26; corrector Smetianus in exemplari bibl. publ. Neapolitanae; Grut. 441, 4 ex Smetio) eodemque exemplo Morillon cod. Amstelaed. f. 25 et Metellus cod. Vat. 6039 f. 362. Aliunde opinor Paglia apud Manutium cod. Vat. 5241 p. 611; Mazochi syll. ms.; Galanti 1, 93. Orelli 3393.

12 /ELLVM///THICVM hodie cernitur, BELLVM...THICVM Paglia, BELVM...THICVM Met., BELLVM-PARTHICVM Morill. Smet. (ms.), BELVM-PARTHICVM Smet. (ed.), BELLVM-ATTHICVM Filon.

Tractavit Borghesius ann. inst. 1852 p. 35 = opp. 5, 373. Neratius Proculus non nominatur nisi in titulis Saepinatibus hoc et n. 2485; sed probabiliter Borghesius coniecit Neratiam Procillam uxorem C. Betitii Pietatis Aeclanensis, quae deinde nomina sua ad filios propagavit (v. supra ad n. 1160—1163), huius Proculi sororem fuisse.

LII. SAEPINVM (p. 227).

ad n. 2441. Aedificium antiquum, in quo prostat, descripsit Ludovicus Fulvio apud Fiorellium *Not. degli scavi* 1878 p. 377.

ad n. 2446. De loco quo latet dixit Fulvius l. c. Edita est ad ectypum ibidem a. 1880 p. 181, unde recensio mea confirmatur. 1 hodie cernitur LENAE.

ad n. 2457. Est in codice Senensi C. III. 27 f. 48'.

6307 Saepini in basilica rep.

FABIVS · MAXIMVS

V · S · C · S

CVRAVIT

Barnabeus misit; edidit L. Fulvio *Notizie degli scavi* 1880 p. 181.

6308 epistylum longum met. 2.87, litteris altis cent. 14, Saepini ad latus inter sept. et occ. fori (cf. n. 2448) in fronte interiore aedificii facti ex saxo quadrato in loco medio inter scalas binas, per quas ad id adscendebatur.

L · NAEVIVS · N · F · PANSA · II · VIR · QVINQ

Lud. Fulvio apud Fiorellium *Not. degli scavi* 1878 p. 376.

6309 Saepini rep. una cum n. 2446.

SVA · P · F · C

Barnabeus et Muccius miserunt. L. Fulvio edidit *Notizie degli scavi* 1880 p. 181.

LIII. FAGIFVLAE (p. 237).

ad n. 2553. Non Antoninius edidit, sed ipse Aegyptius *lettre à Langlet* ed. 1738 p. 53, recte legens 1 HADRIANI, 2 PARTHICI, 4 POT-III

LIV. BOVIANVM VNDECIMANORVM (p. 239).

ad n. 2562. Est in codice Senensi C. III. 27 f. 48; loci indicatio vera adscripta est, manu tamen secunda.

LVI. AESERNIA (p. 245).

ad n. 2664. Eundem titulum loco non indicato Ignatius Maria Raponi Roma d. 11 Iul. 1786 misit ad Gaetanum Carcani Neapolitanum (cod. bibl. publ. Neap. X. C. 79). Exemplum consentit cum Federiciano, nisi quod 1 fin. est MARCIVS · G · F

LVIII. AVFIDENA (p. 259).

ad p. 259. Tituli Osce scripti tres qui hodie servantur Alviti (Zvetajeff *sylloge inscriptionum Oscarum* p. 10. 11), in his unus positus ab aedile, teste Mancinio (*Giorn. degli scavi di Pompei* 4 p. 34) reperti sunt in agro vici Barrea tertio lapide ab Alfidena. Itaque aut oppidi sunt postea sublata Aufidenae proximi aut ipsorum Aufidenatum.

LIX a. SAMNITICAE INCERTAE.

6310 [= 5097] locus non enuntiatur. — Allifis MVR.

T · MVNIO · T · L

GENNEO

MVNIAE · T · L

POLLAE

5 TI · MVNIVS · SP · F · COL

VEMENS

FILIVS · FECIT

Legitur in epistula a nescio quo scripta ad Accursium cod. O. 125 sup., hodie f. 61 inserta post Allifanas Aeserninasque, quae epistula

incipit sic: *S^{or} mio, invio questo tumulo trovato in una di queste chiese* (inde Mur. 1268, 3).

6311 [= 5117] locus non enuntiatur, sequuntur Aeserninae. — Allifis extra civitatem MVR.

M · VLPIO · M · F · CARTO

CAECILIA · IVLIA · MARITO

VIVO

POSVIT

Accursius cod. O. 125 sup. in fasciculo foliorum septem, quorum tria (hodie f. 58—60) scripta sunt. Inde Mur. 1423, 10 ex schedis Ambrosianis.